Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



Baruch

ministrauit derelinquisti fontem
sapientie Nam si in via dei ab
bulasses habitasses utique in pa
ce sup terram Disce ubi sit pru
dentia ubi sit virtus ubi sit mtel
lectus ut scias simul ubi sit
longitudo dierum et uirtus ubi sit
lumen oculorum et pax Quis
inuenit locum eius et quis in
trauit in thesauros eius Vbi sunt
principes gentium et qui dominabat
ur super bestias que sunt sup
terram Qui in auibus celi ludunt
qui argentum thesaurizant et au
rum in quo confidunt homines
et non est finis acquisitionis ar
gentum Qui argentum fabricant et sol
liciti sunt nec est inuentio operum
eorum Exterminati sunt et ad in
feros descenderunt et alii loco
eorum exsurrexerunt Iuuenes
uiderunt lumen et habitauerunt
sup terram Viam autem disci
pline ignorauerunt neque intellexe
runt semitas eius neque filii ar
gentum susceperunt eam A facie ip
sorum longe facta est Non est
audita in terra chanaan neque ui
sa est in theman Filii quoque a
garenorum exquisierunt prudentiam
que de terra est negociatores
terre theman et fabricatores
et exquisitores prudentie et
intelligentie uiam autem sa
pientie nesciuerunt neque commemo
rati sunt semitas eius O israhel
quam magna est domus dei et ingens
locus possessionis eius Magnus
et non habens finem excelsus
et immensus Ibi fuerunt gigantes
nominati illi qui ab initio fue
runt statura magna scientes

bellum Non hos elegit dominus neque uiam discipline in
uenerunt propterea perierunt
et quoniam non habuerunt sa
pientiam perierunt propter suam
insipientiam Quis ascendit in
celum et accepit eam et deduxe
it eam de nubibus Quis
transfretauit mare et inue
nit illam et attulit illam super au
rum electum Non est qui possit
scire uias eius neque qui ex
quirat semitas eius Sed qui
scit omnia nouit eam et inue
nit eam prudentia sua Qui
preparauit terram in tempo
re et replenuit eam pecudi
bus et quadrupedibus Qui
emittit lumen et uadit et uoca
uit illud et obedit illi in tremo
re Stelle autem dederunt lu
men in custodiis suis et letate
sunt Vocate sunt et dixerunt
Assumus et luxerunt ei cum
iocunditate qui fecit illas Hic
est deus noster non estimabit
alius aduersus eum Hic adin
uenit omnem uiam discipline et
tradidit illam iacob puero suo
et israhel dilecto suo Postea
terra uisus est et cum hominibus
conuersatus est

Hic liber mandatorum dei
et lex que est in eternum om
nes qui tenent eam pertin
gent ad uitam qui autem de
reliquerunt eam in mortem Re
uertere iacob et apprehende eam
ambula per uiam ad splendorem
eius contra lumen eius Ne tra
das alteri gloriam tuam et dignita
tem tuam genti alienam Beati